Cum karolus dum percepit mortem
ludowici processit potenter quasi deinceps non habiturus resistentiam sed
filii ludowici ipsi karolo viriliter re-
stiterunt.

Sed domini varii. Cum clemens papa
sextus hoc nomine fuisset multum
graciosus domino karolo, dedit ipsi gra-
tiosissimas literas in quibus absolvit
omnes volentes habere karolum pro rege,
qui prius erant excommunicati XXIIII
annis ex eo, quod sepefatum ludowicum
habebant pro rege immo etiam pro im-
peratore romano. Et ob hanc gratiam
tam domini quam etiam civitates di-
verse eundem karolum pro rege rece-
perunt romano se sibi tamquam vero
regi romanorum juramento astringen-
tes. Litere enim absolutionis secundum
quosdam quoddam venenum includunt.
Subinfert etiam auctor in litera, quod
papa clemens per excommunicationis
sententias et aggravationes contra ipsum
quondam ludowici filios processit, ut
infra plenius patebit.

Singula prescripta. Omnia, que fecit
clemens papa pro karolo contra ludowi-
cum et filios suos videbantur sibi fore
bona. Videbatur enim sibi quod simi-
lis foret samueli et aliis prophetis
qui adhuc viventibus regibus reprobatis